ctionem ſummi poncificis ⁊ exnunc dat et concedit facultatem
et poteſtatem iuxta bullam predictam congregandi conſiliũ ge
nerale cum ſententia ſuper incurſu penarũ ſupradictarũ et alia-
rum de iure propter predictorũ publicã libertatẽ ſacri collegij re
ſpicieñ. tranſgreſſionẽ infligẽdarũ ſe ſubijcit ⁊ ſubmittit. Et ꝙ
in euentũ cõtrauentionis alicuius ex dictis capitulis liceat ſin-
gulis cardinalibus volentibus ſe a curia Ro. abſentare quibus
exnunc licentiã trado ⁊ concedo/ dictiqꝫ cardinales taliter ſe ab-
ſentãtes non poſſint vocari contumaces nec attrahi ſub vlla pe-
na ꝙ ſi fiat ſit illud irritum ⁊ inane gaudeantqꝫ omnibus ſingu
lis gratijs ⁊ priuilegijs ac ſi preſentes eſſent. Et inſuper nos oẽs
cardinales ꝓmittimus iuramus ⁊ vouemus ſi in aliquibus ca-

pitulis ſupradictis iuramēto pontifici volenti in aliquo illis cō trauenire niſi de cōſenſu ſpontaneo ⁊ libero duarū partiū ex nobis, fructibus ⁊ emolumētis capelli ⁊ aliorum fructuū eccleſiarū monaſteriorū beneficiorū noſtrorū priuati cenſeamur non expectata alia ſententia quin fructus capelli retineātur per camerarium ſacri collegij et accreſcāt alijs cardinalibus obſeruañ. ipſo iure ex predictorū ⁊ aliorū capitulorū tam publicorū ꝙ̄ priuatorum non publicationē vel paucitatē originaliū ſepe ſequitur vel ſubſtractio vel nō obſeruatio eorū. Ideo ſupradictis penis nos ⁊ vnuſquiſqꝫ noſtrum promittimus ꝙ quicūqꝫ electus fuerit in pontificem ſuper predictis omnibus et ſingulis bullā vnam vel plures ⁊ tot quot ipſis cardinalibus vel eorum cuilibet placebit ſuper premiſſis ⁊ eorum ampliſſima extenſione ad omniū eorū ⁊ cuilibet eorum requiſitionē ſtatim expediri faciet aliaſqꝫ publicationes prout eiſdem ſancte Ro. eccleſie cardinalibus ſeu maiori parti eorū expedieñ. videbitur fieri faciet.

¶ Ego. R. eṗs hoſtieñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. D. eṗs portueñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego Ia. eṗs albaneñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. F. eṗs ſabineñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. M. eṗs preneſtiñ. cardinalis Seneteñ. promitto iuro et voueo vt ſupra.

¶ Ego. T. preſbyter cardinalis Strigonieñ. promitto iuro et voueo vt ſupra.

¶ Ego. F. tituli ſanctorū Io. ⁊ Pau. preſbyter cardinalis Subretiñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. A. tituli ſancte Priſce preſbyter cardinalis promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego Adrianus tituli ſancti Chriſogoni pſbyter cardinalis Batonieñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. R. tituli ſctē Anaſtaſie pſbyter cardinalis Ranēteñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. L. tituli ſctē Suſanne preſbyter cardinalis pmitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. S. vicecancellarij promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. L. tituli ſancti Nicolai inter imagines preſbyter cardi
nalis promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego Cri. tituli ſancte praſedis preſbyter cardinalis anglici
promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. A. cardinalis ſancti Vitalis ita ꝓmitto iuro et voueo
vt ſupra.
¶ Ego. M. tituli ſancte Potẽtiane preſbyter cardinalis pro-
mitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. A. tituli ſancti Sixti pꝛ̃ſbyter cardinalis Bononieñ.
promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. B. tituli ſancte Sabine preſbyter cardinalis de Sau
lis promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego Jo. ſancte Marie in dominica diaco. cardinalis pro-
mitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. A. ſancti Euſtachij Diaco. cardinalis promitto iuro
⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. M. ſancte Marie in porticu diaco. cardinalis Corne-
lius promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. L. ſancte Marie in coſmodrie dia. cardinalis promit-
to iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. S. ſancte Marie noue diaco. cardinalis de Conragã
promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego Alfonſus ſcti Theodori diac. cardinalis de petrucijs
promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego Leo papa. x. promitto iuro ⁊ voueo ſeruare omnia ſu-
praſcripta/ ⁊ ideo manu propria ſubſcripſi.

Acta geſta capitulata cõcluſa ꝓmiſſa iurata vo
tata fuerũt hec Rome in palatio apoſtolico in
conclaui clauſo in capella ſancti Nicolai nũcu-
pata in qua reuerẽdiſſimi domini cardinales
ſolẽt dare vota in electiõe ſummi põtificis ſub
anno a natiuitate domini milleſimo quingen-
teſimo tertiodecimo die mercurij nona Martij pꝛ̃ſentibus ibi-

dem magnificis dñis Fabritio de Carecto milite Hieroſolymitano Petro Grimano veneto etiã milite Hieroſolymitano Sebaſtiano Sauli Januen̄. Bernardo de accoltis Aretino in dicto conclaui conclauiſtis teſtibus.

¶ Et ego Bartholomeus Salicetus vnus ex ſecretarijs ſacri collegij quia premiſſis oĩbus et ſingulis capitulis .xxix. et alijs ſupraſcriptis dũ ſic premittitur ageretur legeretur publicaretur ſcriberetur ſubſcriberetur cõcluderetur iuraretur ꝓmitteretur vouerent ꝛ fierent vna cũ dñis Thoma Fedro collega ꝛ Dñico de Juuenibus camere apoſtolice notario ac prefatis teſtibus cõclauiſtis interfui ea que ſic fieri concludi iurari promitti ꝛ voueri vidi ꝛ audiui. Jdcirco hoc preſens inſtrumentũ manu prefati domini dominici fideliter ſcriptũ ꝛ prefatorũ reuerendiſſimorũ dominorũ cardinaliũ ac poſtmodũ ſanctiſſimi domini. N. Leonis. x. manibus et mediate poſt aſſumptionẽ ſubſcriptũ exinde confeci ſubſcripſi ꝛ publicaui in fidem ꝛ robur ꝛ teſtimoniũ premiſſorum rogatus ꝛ requiſitus.

¶ Et ego Dominicus de Juuenibus camere apoſtolice notarius ac archiui Ro. cu. ſcriptor quia premiſſis oĩbus et ſingulis .xxix. capitulis ꝛ alijs ſubſcriptis dum ſic vt premittitur ageretur legeretur publicaretur ſcriberetur ſubſcriberetur cõcluderentur iurarent ꝛ fierent vna cũ dño Thoma Fedro collega et Bartholomeo Saliceto ſecretarij ſacri collegij ac ſupradictis teſtibus conclauiſtis interfui eaqꝫ ſic fieri concludi iurari ꝓmitti ꝛ voueri vidi ꝛ audiui. Jdcirco hoc preſens publicũ inſtrumẽtum manu mea fideliter ſcriptum ꝛ prefatorũ reuerendiſſimorũ dominorũ ſancte Ro. eccleſie cardinaliũ ac poſtmodũ in die aſſumptiõis videlicet veneris vndecima Martij per ſanctiſſimũ dñm noſtrũ Leonẽ. x. manibꝰ ſubſcriptũ exinde cõfeci ſubſcripſi ꝛ publicaui ſignoqꝫ ꝛ nomine meis ſolitis ꝛ conſuetis ſignaui ꝛ in notum ſumpſi in fidem et teſtimonium premiſſorũ etiam rogatus etiam ꝛ requiſitus.

¶Infraſcripta ſunt capitula publica inter Summum pontifi-
cem futurum et Reuerendiſſimos dominos Cardinales Una-
nimiter et concorditer ordinata pro defenſione fidei libertate ec-
cleſiaſtica reformatione eccleſie in capite et in membris ꝛc.

Nos omnes et ſinguli ſancte Romane eccleſie
infraſcripti Cardinales pro bono ꝛ felici regi-
mine atqȝ conſeruatione ſtatus vniuerſalis ec-
cleſie Juramus ꝛ vouemus deo omnipotēti ꝛ
ſanctis apoſtolis Petro ꝛ paulo ac omnibus
ſanctis eccleſieqȝ ſue ſancte promittimus ꝙ ſi
aliquis ex nobis electus fuerit in papam ſtatim poſt electionem
de ſe celebratam iurabit ꝛ vouebit pure ꝛ ſimpliciter ꝛ bona fide
ſeruare ꝛ ſeruari facere ꝛ adimplere cum effectu omnia ꝛ ſingu-
la infraſcripta capitula necnon tot publica inſtrumēta infraſcri-
pta capitula continētia quot erunt Cardinales in electione pon-
tificis preſentes manu propria ſignabit / necnon infra tres dies
poſt coronationē ſuam dabit tot bullas omnia predicta capitu-
la continētes quot erunt Cardinales in eius creatiōe preſentes/
ꝛ ante publicationē eius ꝛ ante q̄ȝ porte conclauis aperiātur da-
bit ꝛ cum effectis conſignabit vnuȝ ex dictis inſtrumētis manu
propria eius vt ſupra ſubſcriptum Sereniſſimo domino Ma-
ximiano in Romanorū imperatorem electo/ et vnum alterū ſi-
mile inſtrumētum omnibus regibus/ principibus/ et poteſtati-
bus chriſtianorū mittenda reſpectiue per oratores vel procura-
tores vel protectores ipſorū principum ꝙ ſi in aliquo contra ve-
nerit vult ꝛ conſentit incurrere penas in his capitulis pluribus
locis contentas.

¶In primis iurabit et promittet ꝙ adueniēte caſu neceſſitatis
ſubueniendi fidelibus Chriſtianis ad defenſionē eorum contra
perfidos Turcas. Idem ſummus pontifex om̄es aluminis ſui
apud Tulpham redditus cauſa talis ſubuentionis exponet ad
vſum ſubuentiōis predicte tantum ꝙ ſi aluminū redditus ſum-
mam quinquaginta milium ducatorū non attinget Idem pon-
tifex de alijs ſancte Romaue eccleſie dabit et exponet vſqȝ ad di-

ctam ſummã quinquaginta miliũ ducatorũ in qua tantum com
putari debeant prouiſiones Nobiliorum profugorũ et expulſo-
rum ab infidelibus que tamen octo mil. ducatorũ ſummaꝫ ex-
cedere nõ debeãt. Ita vt nunꝙ de dictis aluminis redditibꝰ di
ſpenſari aut aliter aut in alios vſus exponi aliquid poſſit ſub pe
na interminatiõis ꝛ anathematis et ſacrilegÿ quodqꝫ redditus
predicti per clericos camere apl̃ice et ſacri collegÿ inſimul ſcri-
bant ꝛ deputent et computa eorũ videant deputãduſqꝫ depoſi
tarius teneatur prefatas pecunias exponere de mandato cõmu-
ni clericorum camere apoſtolice ꝛ collegÿ ſcd̃m determinationẽ
ſummi pontificis et triũ Cardinaliũ priorũ et quomodolibet or
dine/ et in tali caſu Cardinales de ipſorũ pecunÿs offerunt dare
ꝛ ſoluere pro tali auxilio.x.M.ducat. pro rata ſolueñ.pro quo-
libet ſcd̃m ratam et proportionẽ reddituum ſuorũ quorũcunqꝫ/
Cum vero deus conceſſerit generalem expeditionẽ validam ꝛ
ſufficieñ. concurſu ſanioris partis potentatuũ principum ꝛ po-
pulorũ chriſtianorum ad offenſionẽ ipſorum perfidorũ turcarũ
vltra ſummã dictorum quinquaginta millia ducatorũ offert bo
na fide ꝛ puro corde ducatos. C.M. exponere modo ſupra di-
cto omnes inſuper eccleſiarũ decimas prout videbitur expedi-
re indulgẽtias omnes Trigeſimas ꝛ Uigeſimas/ et alias quaſ-
cunqꝫ impoſitiões que vtiles ꝛ neceſſarie ꝛ ſupportabiles videã
tur. Cardinaleſqꝫ ipſi.xx.M.ducatos cauſa expeditionis gene
ralis ſponte offerunt promittentes efficacit. pro rata vt ſupra/
cum effectu ſoluere.

¶ Item vt ab eiſdem Cardinalibus libera proueniant conſilia
nõ apponet nec per quẽpiam apponi permittet manũ in perſo-
na vel in bonis alicuius ex eis nec aliquid in eorum ſtatu vel pro
uiſione mutabit quacũqꝫ ratione cauſa vel occaſione ſine expreſ
ſo conſilio duarũ partium ex tribus dictorũ dominorũ Cardina
lium preſtando cum balloctis prout infra nec aliquo modo pro-
cedet aut procedi mandabit vel permittet contra aliqueꝫ ex eis
niſi aſſiſtentibus ꝛ conſentiẽtibus tribus Cardinalibus: Uideli
cet vna ex quolibet ordine eorum per ipſos Cardinales ſeu ma-
iorẽ partẽ eorũ ad id deputandoꝝ eiſqꝫ et per balloctas expreſſe

in hoc conſentiētibus/nec damnabit aliquem ex eis niſi conui
ctum legitime et precedēte legitima cauſe cognitione aut proceſ
ſu coram dictis duabus partibus/ſeruabitq͞ꝫ eos liberos ⁊ exem
ptos ab omni datio et gabella quacūq͞ꝫ vini ſalis graſſie merciū
omniū aliaꝝ teneanturq͞ꝫ miniſtri eius ⁊ camere apoſtolice ven
dentes vectigalia in omnibus venditiōibus condictionē appo
nere/⁊ de hoc capitulo facere expreſſam mentionem nec quicq͞ꝫ
quouis queſito colore exigant a Cardinalibus mereq͞ꝫ ſtetur ad
cedulā manu dictorū Cardinaliū ſubſcriptā ⁊ in euentu in queꝫ
ipſi conductores ſine nomine camere exactores exigētes poſſint
cogi quocūq͞ꝫ tēpore etiā ſede vacañ. etiam ſi exegerint a longo
tēpore ante ad reſtitutionē de ſuo proprio nec valeat illis igno
rātie allegatio nec eorū eccleſijs monaſterijs/et alijs bñficijs ec
cleſiaſticis per eos pro tempore obtentis vllum decime ſubſidij/
aut alterius oneris quocūq͞ꝫ nomine nuncupati grauamen qua
cunq͞ꝫ ratione vel cauſa imponet/ ⁊ ab eiſdeꝫ Cardinalibus pro
eccleſijs ⁊ monaſterijs quibus eos perfici/⁊ beneficijs quibuſli
bet eccleſiaſticis/de quibus eis pro tempore prouideri in tituluꝫ
vel in commēdam contingere ſub annatarum ſeu mediorū fru
ctuū minutorū/ſeruitiorum ⁊ palliorū ⁊ iocalium in camera aut
alio quocūq͞ꝫ nomine nil penitus exiget/ aut ab eis eorūq͞ꝫ fratri
bus et nepotibus offerētibus ſponte etiā ſoluentibus/ recipi ſeu
exigi facient vel ꝑmittet quoquomodo directe vel indirecte etiā
ab officialibus curie capi exigiq͞ꝫ nō conſentiet priuilegiaq͞ꝫ eoꝝ
oīa ⁊ ſingula illeſa qualiacūq͞ꝫ ſint cōſeruabit/⁊ ſi alique obliga
tiones in camera apl'ica ratiōe predictaꝝ annatarū reperirētur
eas in totū aboleri facient et caſſare prout nūc caſſat ⁊ abolet.

¶ Item ꝙ ſtatim poſt aſſumptionem ſuam omnibus viribus
per legatos et nūtios procurabit pacē et concordiā inter omnes
principes chriſtianos po. tu.

¶ Item ꝙ Ro. cu. in capite ⁊ in mēbris reformabit et inceptā
per Iuliū fe. re. cōtinuabit Do. Iu. reformationē iſdeꝫ modo
et forma prout incepta eſt abſq͞ꝫ aliqua excuſatione vel mora.

¶ Item ꝙ dicta curia non educet ex vrbe Ro. nec transferet de
loco ad locum/ de ꝓuincia in prouinciā ſiue de patria ad patriā

intra Italiã quidẽ ſine cõſilio ⁊ cõſenſu Do.tu.extra vo Italiã Do.tu.ſine cõſenſu duarũ partiũ ex tribus: de quo quidẽ cõſen ſu debeat conſtare ſubſcriptione eorũ vt euitẽtur ſcandala ⁊ peri cula ⁊ in euentũ ꝙ contra fiat transferendo extra terras eccleſie in Italia cõſtitutas liceat cardinalibꝰ recedere ſine licẽtia apo/ ſtolica vel ei nõ obedire abſq3 aliqua nota vel pena propterea in currenda nec haberi poſſint pro cõtumacibus immo ita abſen tes gaudeant oĩbus priuilegijs ⁊ gratijs ac ſi eſſent preſentes.

¶ Item ꝙ non creabit nec aſſumet cardinales aliquos etiam preſentibus quorũcũq3 Imperatorũ Regum Ducũ aut princi pum vel ex quauis cauſa etiam aſſerte grauis ne tantis vniuer/ ſalis eccleſie niſi excedant trigeſimũ annũ ſintq3 doctores vel in ſacra pagina vel in altero iuriumvel ad minus quoad filios vel nepotes cõpetentis literature ⁊ de conſilio ⁊ aſſenſu duarũ par tium dictorũ cardinaliũ per balloctas preſtãdo de parẽtelavero ⁊ conſanguinitate ſua creare poſſit cardinales duos/ſeruata ta/ mẽ forma huiuſmodi capituli quo ad omnia ita ꝙ preter duos ſupradictos non excedatur vllo vnꝙ3 tempore numerus vigin/ ti quattuor ⁊ aliter vel alio modo creati poſt mortem pontificis etiã ſi interim exercuerint officiũ ſint inhabiles in electione pon tificis actiue et paſſiue nec impoſterũ non habeant pro cardina libus nec creabit vnꝙ3 aliquẽ niſi reducant collegiu3 ad numerũ vigintiquatuor et eum non excedet vt dictum eſt: ipſoſq3 crean/ dos ſubito publicabit nec eos tenebit ſecretos inq3 eorum crea/ tione cõuocabit omnes cardinales qui cõmodevenire poterunt in Italia exiſtentes a Bononiavel Florẽtia citra quodq3 exqui ſitiovotorũ dictorũ dominorũ cardinaliũ fiat cõſiſtorialiter ⁊ nõ auripulariter ⁊ ſuffragia dominorũ cardinalium per balloctas preſtañ. vt infra dicet. ⁊ demũ de parẽtela ⁊ affinitate ſua duos eorum creare poſſit ſeruata forma huiuſmodi capituli vt ſupra. ⁊ ꝙ hactenus creati ſecrete aut pontifice exiſtente in infirmitate vel aliter etiam cõſiſtorialiter ſine fratrum conſenſu non publi/ cabit ex quacũq3 cauſa ſub quibuſcũq3 verborũ formis per pre/ deceſſores ſuos per bullas vel breuia qui in actuali poſſeſſione cardinalatus nõ ſint nõ poſſint nec debeant admitti ad cardina

latus dignitatē nec habeant vocem actiue vel paſſiue ac habean
tur inhabiles ad dictaꝫ cardinalatus dignitatē perpetuo vt alij
diſcant ad dictam dignitatē per viam rectam incedere.
¶ Item ꝙ nullā infeudationē de regnis ducatibus ciuitatibus
⁊ terris caſtriſqꝫ inſignibus etiā de rebus que couſueuerunt in-
feudari ſeu infeudatione ſub quocūqꝫ titulo etiā vicariatus/ pi
gnoris empbiteotis vel aliter contractis faciet in quācūqꝫ per-
ſonā eccleſiaſticā vel ſecularē aut cōmunitatē de rebus iuribus ⁊
bonis ſpectantibus ad patrimoniū eccleſie aut diminutionē vel
remiſſionē cenſus terrarū eccleſie faciet niſi deliberatione prius
habita cōſiſtorialiter/ cōſentiētibus duabus partibus ex tribus
cardinaliū cum eorūdem ſubſcriptionibus ac ſuffragijs eorum
habitis per balloctas vt infra/ ⁊ ſi aliquā infeudationē ex aliqua
cauſa iuſta faciet de conſenſu omniū cardinaliū non excedet pe-
nitus vite ſue ⁊ patrimoniū cenſeatur de feudis ⁊ bonis deuolu
tis ⁊ deuoluendis ad eccleſiam Romanam.
¶ Item ꝙ nulli regi principi duci aut cōmunitati ſubditis mo
uebit guerram aut cū eis ligam faciet ad inferendū alicui guer-
ram ſine cōſenſu expreſſo duarum ex tribus partibus dominoꝝ
cardinaliū preſtañ. per balloctas vt infra.
¶ Item ꝙ feudatarios regnorum ⁊ alios vicarios quos de no
uo inueſtiuerit capitaneos gubernatores caſtellanos p̄cipue ar
cis ſancti argeti de vrbe omneſqꝫ alios ⁊ ſingulos officiales eiuſ-
dem vrbis ⁊ aliarum terrarum patrimonij eccleſie Ro. non ab-
ſoluet ac cenſu per eos ſedi apoſtolice debito in totum vel in par
tem ſine conſenſu duarū partiū cardinaliū per balloctas haben
do ⁊ faciet iurare Do. tu. cum eorum inſtitutione obedientiam
⁊ fidelitatē Ro. eccleſie ⁊ ſacro collegio cardinaliū/ faciet inſup
iurare ſupradictos feudatarios et caſtellanos ceteroſqꝫ officia-
les in hoc capitulo nominatos quod ſede vacante ad mādatum
ipſorum dominorū cardinaliū ciuitates loca terras arces forta-
litia ⁊ caſtra Ro. eccleſie immediate tradet cetui ipſorum cardi
nalium ⁊ expediet libere ⁊ ſine vlla exceptione. et de hoc debeat
cautionē ⁊ fideiuſſionē ſufficientem Do. tu.
¶ Item ꝙ arces ciuitatis vetule Tiburis Spoleti Fani ⁊ Ce-

ſene alicui de parentela nec prelato nec ſeculari/ſed alijs prelatis ecclesiaſticis perſonis/illiſqȝ nō in longius tēpus duorū annorū niſi de conſenſu per balloctas preſtando duarū ex tribus partibus ipſorū dominoꝝ Cardinaliū aliter fieri videretur/ neqȝ faciet eundē caſtellanū ⁊ gubernatorē alicuius ciuitatis gubernatoreſqȝ ciuitatū maioris importātie: vtputa vrbis Ro. Spolet: et aliorū ſimiliuȝ erunt prelati et eccleſiaſtice perſone de conſenſu dictorum cardinaliū/id eſt duaruȝ partiū per balloctas vt ſupra preſtando nec Capitaniatū generalem eccleſie nepoti vel alicui conſanguineo concedet.

¶ Item ꝙ ſuper omnibus ⁊ ſingulis ſupradictis ⁊ dependentibus ex eiſdem ⁊ alijs in quibus conſilium Reuerendiſſimorum Cardinaliū requiritur promotionibus ad prelaturas dūtaxat exceptis nullā bullam vnꝗȝ expediri conſentiat in quā inſit clauſula de conſilio fratrum noſtrorū niſi prius realiter cum effectu conſiſtorialiter fratrum vota ſuper hoc conteñ .et ea ſint exquiſita/et maior pars conſentiat/et hoc ſubſcriptione trium Cardinalium vnius ex quolibet ordine conſtet.

¶ Item quia camera reperitur nūc obligata in graui pecuniarum ſumma et etiā poſſet in futurum ex cauſis vrgentibus ⁊ neceſſarijs obligari ad obuiāduȝ ⁊ prouidendū ne redditus ⁊ prouentus ſancte Ro.eccleſie ex ſummis pontificibus impoſterum ad plures annos obligētur/ Voluerunt prefati reuerendiſſimi Cardinales ꝙ ille qui eligetur in ſummū pontificem nō obliget dictos red.⁊ pro.niſi ad vnum annū tantū in caſu neceſſitatis/⁊ de ipſorū dominoꝝ Cardinaliū conſenſu ⁊ voluntate/ et ꝙ obligationes facte vel venditiones officiorū extra curiam Ro.etiaȝ ad anticipationē ſolutionis nō durent vltra annū ad diem mortis pape/ nec pretextu obligationis camere propterea impediri poſſint quominus de illis futurus pontifex poſſit et valeat diſponere / et caſu quo pontifex ipſe contrafecerit obligatio ſeu obligationes huiuſmodi ſint nulle/ nulliuſqȝ roboris vel momēti ad eoſqȝ Cardinalium ſacrum collegium/⁊ ſucceſſores ſummi pontificis minime teneantur.

¶ Item ꝙ nullam prouiſionē ſeu promotionē faciet de eccleſijs

Cathedralibus Abbatÿs Magiſtratibꝰ generalibus/ aut alÿs
quibuſcūq; in camera apoſtolica taxatis ⁊ non taxatis/ etiā ſub
titulo commende adminiſtrationis vel alio quocūq; titulo/ ſiue
modo/ niſi conſiſtorialiter ⁊ interueniēte conſenſu duarum par-
tium Cardinaliū per balloctas preſtañ. preterꝗ̄ de his que con
feret dominis Cardinalibus/ et preterꝗ̄ de Abbatÿs que nō ex
cedunt valorem Ducētorum ducatorum: ⁊ nihil vltra taxā reci
pient/ alias prouiſiōes ⁊ commēde facte nullius ſint ro boris vel
momēti/ et ꝙ per nullam ſignaturā etiam cū quibuſuis deroga-
tionibus vnde expediant bulle aut ſcribantur alias Datarius/
ſcriptores et alÿ officiales incurrant penam excommunicatiōis
et perditionis officiorū teneanturq; ſatiſfacere de ſuo ſacro colle
gio/ ⁊ preſens conſtitutio firma remaneat.
¶ Item ꝙ nullam facultatē preſentādi ad eccleſias Cathedra-
les ⁊ monaſteria concedet principibus ſecularibus aut prelatis
eccleſiaſticis cuiuſcūq; conditiōis ſtatus aut qualitatis exiſtant
ſiue imperialis regie et ducalis archiepiſcopalis et epiſcopalis
⁊ cuiuſcūq; alterius preeminētie/ niſi de expreſſo conſilio ⁊ aſſen
ſu duarum partiū cardinalium per balloctas preſtando.
¶ Item ꝙ nulla bulla vnꝗ̄ expediri permittet ſeu alicui conce
det per quā ſe aſtringat principibus vel alicui ipſorum aut certi
ficet eos ꝙ nullas eccleſias cathedrales ⁊ monaſteria cōferet ni-
ſi de eorum beneplacitis et voluntate.
¶ Item ꝙ non deponet aut priuabit aliquem prelatū ad peti-
tionē alicuius principis niſi iuridice ſe inſtruat aut crimina ſint
notoria in Romana curia/ ⁊ partibus hincinde auditis plena
rie probata/ neq; eos prelatos inuitos trāſferet niſi ex eiſdē cau-
ſis/ et propter illa notoria crimina/ propter que de iure merito
veniret priuādus ⁊ deponēdus vel alias iuxta formā cōſilÿ Con
ſtantieñ. et ſi ex aliqua neceſſitate ſcōm conſtitutiōes canonicas
dandus fuerit alicui archiepiſcopo epiſcopo vel abbati coadiu
tor nō dabit niſi in forma iuris om̄i ſucceſſiōe penitus remota.
¶ Item ꝙ bona cardinaliū et religioſorum/ aliorūq; prelatorū
necnon omniū curialium ſeu cortexanorū in curia decedentium
nullo modo occupabit vel occupari faciet quauis ratiōe vel cau

ſa/ſed permittet iuxta iuris diſpoſitionem vel conſuetudinem ꝛ conceſſam facultatē vel priuilegia ac voluntatē decedētium vt idem decedētes de bonis ad ipſos quocūqꝫ modo pertinētibus prout eis placuerit diſponere liceatqꝫ eis abſqꝫ aliqua licētia obtenta condere teſtamētum libere ꝛ expedite/ non obſtante bulla alias ſuper hoc in fauorem cruciatis edita/ꝛ quibuſcūqꝫ alijs literis apoſtolicis/etiam pro fabrica ſancti Petri editis etiam de tertia vel alia portiōe camere apoſtolice/applicañ.loquentibus alijs religioſis nō cardinalibus qui propriam volūtatem a ſe abdicauerunt tantūmodo exceptis quorū bona deuolui permittat ad proximiores vel ad eos ad quem vel ad quos pertinet de iure conſuetudine vel priuilegio nec de prouentibus ꝛ iuribus capelli cardinalium decedentiū aliquid occupabit vel occupari faciet aut permittet: immo velit ꝛ ſit liberum eiſdem cardinalibus et religioſis de eiſdem prouētibus ꝛ iuribus teſtari ꝛ diſponere ac facere prout eis videbit/ et ſi eos inteſtatos decedere contingat permittet ꝙ iura ꝛ prouentus huiuſmodi eiſdem decedentibus debitis trāſeant ad heredes eorūdem ad quos de iure vel cōſuetudine ſpectant ſublatis abuſibus contrarijs quibuſcūqꝫ.

¶ Item ad obuiādum pariter ne arces et fortalitia ſancte Romane eccleſie venales ꝛ venalia fiant Voluerunt prefati cardinales Reuerēdiſſimi ſacrum eorū collegium/ꝛ futuros Summos pontifices nullo pacto teneri ad aliquā huiuſmodi mutuatarū pecuniarū ſeu quouis modo ſolutarum/ſeu mutuādarum ꝛ ſoluendarū reſtitutionē:verum vt hec duo capitula mercatoribus caſtellanis ꝛ alijs cū ſummis pontificibus/ et camera apoſtolica quomodolibet ex quauis cauſa contrahentibus nota ꝛ perſpecta ſint/itavt nullo vnꝙ̄ tempore ignorantiā eorum allegare ſeu pretendere valeant/ſtatuerunt prefati reuerēdiſſimi domini cardinales capitula ipſa hec duo ante et poſt coronationē eligendi hoc tēpore pontificis in camera ꝛ cancellaria apoſtolica publicari debere id quoqꝫ ſeruari debeat in quibuſcūqꝫ officijs hactenꝰ ignoratis vel obligatis vel venditis extra cu. Ro.

¶ Item ꝙ ſuprascripta ꝛ infraſcripta capitula omnia ꝛ ſingula faciet legi in cōſiſtorio ſecreto preſente ſua ſanctitate/ ſemel in

omni Trimeſtri/ ⁊ domini cardinales bis in anno: videlicet k̄lis
Decembris et Martij ſub pena excõmunicationis ſi nõ conue-
nerint ad petitionē priorum predictorū/ et priores ſi nõ vocaue-
rint niſi hi legitime impediti fuerint ad videñ. cogitañ. ⁊ exami
nañ. vtrum omnia ⁊ ſingula predicta ⁊ infraſcripta ſeruenť per
pontificē/ et ſi non ſeruenť admoneãt eum caritatiue ⁊ illum ad
eorum obſeruationē exhortenť vſqꝫ ad tertiaꝫ monitionē/ ipſiqꝫ
domini cardiuales teneanť omnia obſeruare ſub pena excõmu
nicationis nec vnqꝫ votum ſuū contra ſupra ⁊ infraſcripta da-
re ꝙ ſi ſecus gratia vel timore fecerint vltra vinculum excõmu-
nicationis/ quos ſeipſos exnunc accedeñ. etiã auctoritate et de-
terminatione futuri pontificis obligenť ſimiliter quidquid per
ipſum ſummū pontificem contra vel preter predicta quacūqꝫ ra
tione actum vel geſtum fuerit ſit ipſo iure irritum et inane nul-
liuſqꝫ momēti ⁊ roboris/ ⁊ pro infecto habeatur/ pontifexqꝫ futu
rus nunqꝫ contrariū ab eis petat ꝙ ſi petierit exnunc vult ꝙ vi-
riliter reſiſtant nec teneãtur in exceſſu ei obedire/ ⁊ primo cardi-
nali negligente ſequens vſqꝫ ad vltimum eius vite fungantur ⁊
teneantur ad premiſſa.
¶ Itē promittet ⁊ iurabit ſeruare ꝙ cauſas conſiſtoriales abſqꝫ
voto duarum partiū prefatorum dominorū cardinalium nõ ex-
pediet/ ⁊ ꝙ in cauſis grauioribus ⁊ arduis ſignanter in creatiõe
cardinaliū et proceſſum faciendo contra eos in priuationibus ⁊
tranſlationibus epiſcoporū ipſis inuitis in conſtitutione legati
de latere ⁊ capitanei generalis ⁊ confalonerij Romane eccleſie.
Alienatione vel infeudatione terrarum Romane eccleſie et re-
ductione cenſuum eaſdem in liga pace et bello extra terras eccle
ſie ⁊ nouorū officiorum inſtitutione generali quoqꝫ impoſitione
decimarū necnon in quibuſcūqꝫ cauſis grauibus ſimilibus vel
diſſimilibus etiã maioribus expreſſis non expediet aliquid ſine
conſilio ⁊ expreſſo conſenſu duarū partium cardinaliū quorum
ſuffragia ⁊ vota dari debeãt per balloctas albas ⁊ nigras alias
facta in contrariū ipſo iure ſint nulla et habeanť pro infectis: li-
ceat tamen cuilibet cardinali perſuadere ſeu arrogare ꝙ ſibi me
lius videbitur votū tamen nõ niſi per balloctas intelligať datū.

Item promittet et iurabit cardinalibus per eum creandis exiſteñ. numero. xx. cardinalium antiquorum non aperiet os in tribus cauſis: videlicet in creatione aliorũ Cardinaliũ. Alienatione ſeu infeudatione terrarum eccleſie / et in non obſeruantia horum capitulorũ / ſi vero infra numerum. xx. cardinales antiquiores exiſtant tunc cardinales per eum creandi vſq3 ad impletionez dicti numeri / ſcđm tempus ſue creatiõis inter ceteros antiquos Cardinales ad dicta ſuffragia admittentur in quibus tunc eius os apertum declarabit.

Item promittet ⁊ iurabit ꝙ in ſpiritualibus ⁊ temporalibus que grauiora ſunt ⁊ magni momẽti ſtatum eccleſie quolibet concernentia nullam iuriſdictionẽ aut adminiſtrationem promittet aut dabit quauis queſito colore anteq̃ homini laico vel ſeculari cuiuſcũq3 conditionis gradus aut dignitatis exiſtat.

Item ꝙ ad pacem chriſtianorũ ⁊ eccleſie reformatione ac reductione multarum exactionũ expeditionem quoq3 contra infideles plurimũ conuenit generale Lateraneñ. concilium congregatum ⁊ inceptum continuare / et executioni debite demandare promittit iurat et vouet / illud nulla ratione vel cauſa reuocare vel ſuſpendere vel impendere / ſed proſequi et nõ diſſoluere illud nec transferre niſi abſolutis cauſis propter quas congregatum fuit / et niſi de expreſſo conſenſu maioris partis conſilij / etiam ſi ſummus pontifex eſſet contrarie opinionis / quo caſu teneatur et debeat transferre ad locum tutum.

Item ꝙ cardinales per eum creandi preſentes in curia teneãtur iurare huiuſmodi capitula alias non admittentur ad participationẽ capelli / nec ad alios honores ⁊ priuilegia cardinaliũ.

Item promittet et iurabit Capitaniũ generalem confaloneriũ eccleſie ⁊ alios miniſtros armorũq3 ductores quocũq3 nomine nuncupatos caſtellanos preficiendos in arce ſancti angeli de Urbe et omnibus arcibus ſancte Ro. eccleſie debere facere homagium et iuramẽtum ſibi ⁊ ſacro collegio cardinaliũ / ita vt nihil preiudiciale contra eccleſiam ⁊ collegiũ aut aliquem ex prefatis cardinalibus in perſona nec in bonis ſine auctoritate ſua et maioris partis collegij facere poſſint ⁊ debeant / et ꝙ faciãt iu-

ramentum preſtari per eos ⁊ cautionem detineñ. ⁊ reſtitueñ. ar-
cibus vacante ſede ad inſtantiam ſacri collegij.

¶ Item promittet et iurabit et vouebit ſtatim poſt aſſumptio
nem ſuã reuocare omnes et ſingulas indulgentias et facultates
fratribus ſancti Franciſci ordinis minorum pro fabrica ſancti
Petri de Urbe conceſſas/ſub quibuſuis verborũ formis/ eiſqꝫ
mandabit ſub pena excõmunicationis late ſententie ne illis vlte
rius vllo modo vtantur/ et vt dicta fabrica incepta vt equum eſt
abſoluãt / teneatur pontifex futurus quinquaginta milia flore-
norũ pro primo anno exponere/et alijs annis vigintiquinqꝫ mi-
lia vſqꝫ ad complemẽtum/de quibus expenſis teneantur redde-
re rationem vel oſtendere in fine cuiuſlibet anni in ſacro conſi-
ſtorio ſecreto.

¶ Item ꝙ capella ſancte Marie de Lauretto non detur alicui
ſed remaneat in ſtatu in quo eſt/nec poſſit dari in commendam
alicui cardinali vel epiſcopo Recbanateñ. reſtitui.

¶ Item ꝙ capitula et promiſſiones facte Romañ. per ſacrum
collegium iuxta ſuas ſignaturas ſeruari debeant per Romanũ
pontificẽ inquãtum fieri poterit vere ⁊ nõ ficte/et ſuper illis ex-
pedire bullas apoſtolicas vel expediri facere.

¶ Item ꝙ per dominum Datarium nõ fiant compoſitiones
de rebus eccleſijs niſi ſolite ſeruari ante tempora Sixti quarti/
alias teneatur ad reſtitutionẽ de proprio/ qui datarius per bien
nium poſt depoſitionẽ officij vt interim cognoſci poſſit an ſu-
pradictum capitulum obſeruauerit non poſſit ad cardinalatus
dignitatem promoueri/ et tamen ad tolleñ. omnẽ non modo ſi-
monie labem ſed etiã ſuſpitionem idem promotus promittet iu
rabit et vouebit nullã vnq̃ permutationẽ facere officiorũ Ro.
cu. cũ beneficijs quibuſcũqꝫ etiam eccleſijs cathedralibus quin-
immo ſi cõtingat eũ beneficia eccleſiaſticis aut monaſteria offi-
cialib⁹ quibuſcũqꝫ Ro. curie conferre officia predicta eis poſſi-
deñ. teneñ. ſeu quouis modo diſponẽda relinquet: ita idem offi
ciales ſic promoti officia ſua etiaꝫ cum ipſis beneficijs incompa
tibilia ſaltem ad ſex menſes poſt eorũ promotionem tenere poſ-
ſidere non tamen exercere teneantur.

❡ Item ꝙ hec omnia et ſingula ratificabit et approbabit ante publicationem electionis ſue mediante promiſſione voto iuramento ſuo hac ſubſcriptione ſua in hanc formam: videlicet

❡ Ego Leo decimus electus in ſummum pontificem premiſſa omnia et ſingula promitto voueo ⁊ iuro obſeruare et adimplere in omnibus ⁊ per omnia pure ſimpliciter ⁊ bona fide realiter et cū effectu ſub pena periurij et anathematis a quibus meipſuꝫ non abſoluam nec abſolutionē alicui permittaꝫ ita deus me adiuuet ⁊ hec ſancta dei euangelia/ et ſimiliter iurabit alijs modis et formis infraſcriptis. Nos omnes et ſinguli ſancte Romane eccleſie cardinales congregati Rome in palatio apoſtolico pro electione Rom̄. pontificis futuri in conclaui ante altare in quo miſſa cōmunis celebrari cōſueuit ſupradicta capitula inter nos vnanimiter et concorditer ordinata pro defenſione cathedralis fidei arrectione, eccleſie libertate pro, reformatione eccleſie. In capite ⁊ in membris ac vinculo caritatis et pacis inter futurum ſummū pontificem ⁊ fratres eius ſancte Rom̄. eccleſie cardinales confirmando vouemus deo ⁊ eius matri virgini glorioſe/ ac beatis apoſtolis Petro et Paulo totiqꝫ celeſti curie/ iuramus ad ſancta dei euangelia corporaliter per nos tacta et alter alteri ac etiā notarijs publicis infraſcriptis tanq̄ perſonis legitimis nomine ſancte Rom̄. eccleſie et ſacri collegij noſtri/ ac omnium quorum intereſt ſtipulātibus ꝙ quicūqꝫ noſtrū qui aſſumptus fuerit ad apicem apoſtolatus omni dolo fraude et machinatiōe ceſſantibus et omni prorſus exceptione ſemota ſeruabit ⁊ adimplebit omnia ⁊ ſingula in dictis capitulis contenta/ nec illis aut eorū alicui contraueniet directe vel indirecte publice vel occulte quodqꝫ poſt electionem ⁊ ante publicationem omnia ⁊ ſingula confirmabit predicta approbabit auctentico modo et de nouo puram promiſſionē faciet etiam per bullas omnia et ſingula capitula continente etiaꝫ per viam contractus in omnibus et per omnia coram omnibus nobis ⁊ notarijs et teſtibus cum ſubſcriptione manus proprie ſimili voto/ iuramento/ obligatione et ſtipulatione promittet ipſe qui ex nobis electus fuerit a premiſſis promiſſione voto ⁊ obligatione et iuramenti preſtatione ⁊ eius

obſeruatione ac omnibus ⁊ ſingulis in dictis capitulis conten-
tis abſolutionem petere nec ſibi concedi facere aut conceſſa vti/
nec ipſa poteſtate per ipſum eligeñ. alteri data ſe faciet abſol-
ui ſeu etiam ſecum in aliquo diſpenſari ꝙ ſi forſam (ꝙ abſit) ali-
quis noſtrum ad pontificatum electus vt prefertur predictis/
aut predictorum alicui contraueniat tanꝗ̃ transgreſſor voti et
fidei preſtite ac periurus tanꝗ̃ etiam perturbator et ſcandaliza
tor ⁊ totius chriſtianitatis habeatꝛ ⁊ reputetur exnunc dat ⁊ con
cedit facultatez duabus partibus collegij conſiliũ generale con-
gregandi iuxta formam bulle Julij. ij. contra ſimoniacã electio-
nem edite cum ſententia ſuper incurſu penarum ſupradictaruz
et aliarum de iure propter predictorum capitulorũ publicorum
⁊ libertatem ſacri collegij reſpicieñ. trangreſſionem infligenda-
rum ſe ſubijcit et ſubmittit. Et inſuper nos omnes cardinales
promittimus iuramus ⁊ vouemus ſi in aliquibus ex ſupradictis
publicam vtilitatem tangentibus et libertatẽ ſacri collegij con-
ceſſimus futuro pontifici volenti in aliquo illis contrauenire ni-
ſi de conſenſu ſpontaneo et libero duarum partium ex nobis per
balloctas decernendo fructibus ⁊ emolumentis capelli ⁊ aliorũ
fructuum eccleſiarũ monaſteriorũ et beneficiorũ noſtrorum pri-
uati cenſeamur nõ expectata alia ſententia quin fructus capelli
retineantur per camerariũ ſacri collegij ⁊ accreſcant alijs cardi-
nalibus obſeruañ. ipſo iure.

¶ Item ꝙ de omnibus rogentur ſecretarij collegij ⁊ notarij exi
ſtentes qui ſtipulenꝛ omnia ⁊ ſingula capitula nomine Ro. ſan
cte eccleſie ⁊ ſacri collegij cardinalium/ et de eis inſtrumẽtum fa
cere ⁊ publicare teneãtur cedulaqꝫ preſens vel cedule aut inſtru
mẽta ſimiles fiende ſubſcriptioñ. et ſigillo annullari futuri pon
tificis muniẽde habeant/ et vt bulle in caſu quo ad triduũ poſt
coronationem ſuam non deerit ſacro collegio tot bullas quot
ipſi petierint, ſcđm tenorem ſupradictorũ capitulorum prout in
capitulo primo continetur/ ⁊ nihilominus abundantiorẽ caute
lam cedule nõ ſubſcripte de quibus tamen notarij preſentes ro
gati fuerint plenã fidem facient perinde ac ſi ſubſcripte eſſent.

¶ Ego. R. epiſcopus Hoſtieñ. ꝓmitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. D. epiſcopꝰ Portueñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego Ja. epiſcopꝰ Albaneñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. F. epiſcopꝰ Sabineñ. promitto iuro et voueo vt ſupra.
¶ Ego. M. epiſcopus Preneſtiñ. cardinalis Seneteñ. promitto iuro et voueo vt ſupra.
¶ Ego. T. preſbyter cardinalis Strigonieñ. promitto iuro et voueo vt ſupra.
¶ Ego. F. tt. ſanctorũ Johannis et Pauli preſbyter cardinalis Subreñ. promitto iuro et voueo vt ſupra.
¶ Ego. N. tt. ſancte Priſce preſbyter cardinalis promitto iuro et voueo vt ſupra.
¶ Ego Adrianus. tt. ſancti Chriſogoni preſbyter cardinalis Batonieñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. R. tituli ſctē Anaſtaſie p̄ſbyter cardinalis Mãneteñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. L. tituli ſctē Suſanne preſbyter cardinalis ꝓmitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. S. vicecancellarij promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. C. tituli ſancti Nicolai inter imagines preſbyter cardinalis promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego Cri. tituli ſancte praxedis preſbyter cardinalis anglici promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. A. cardinalis ſancti Uitalis ita ꝓmitto iuro et voueo vt ſupra.
¶ Ego. M. tituli ſancte Potētiane preſbyter cardinalis ſeđ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. A. tituli ſancti Sixti p̄ſbyter cardinalis Bononieñ. promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. B. tituli ſancte Sabine preſbyter cardinalis de Saulis promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego Jo. ſancte Marie in dominica diaco. cardinalis promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. A. ſancti Euſtachij diaco. cardinalis promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.
¶ Ego. L. ſancte Marie in coſmodrie dia. cardinalis promit-

to iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. M. ſancte Marie in porticu diaco. cardinalis Corne-
lius promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego. S. ſancte Marie noue diaco. cardinalis de Conzaga
promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego Alfonſus ſcti Theodori diac. cardinalis de petrucijs
promitto iuro ⁊ voueo vt ſupra.

¶ Ego Leo papa. x. promitto iuro ⁊ voueo ſeruare omnia ſu-
praſcripta/ ⁊ ideo manu propria ſubſcripſi.

Acta geſta capitulata cõcluſa ꝓmiſſa iurata vo-
tata fuerũt hec Rome in palatio apoſtolico in
conclaui clauſo in capella ſancti Nicolai nũcu-
pata in qua reuerẽdiſſimi domini cardinales
ſolẽt dare vota in electiõe ſummi põtificis ſub
anno a natiuitate domini milleſimo quingen-
teſimo tertiodecimo die mercurij nona Martij p̄ſentibus ibi-
dem magnificis dñis Fabritio de Carecto milite Hieroſoly-
mitano Petro Grimano veneto etiã milite Hieroſolymitano
Sebaſtiano Sauli Januen̄. Bernardo de accoltis Aretino in
dicto conclaui conclauiſtis teſtibus ⁊c.

¶ Et ego Bartholomeus Salicetus vnus ex ſecretarijs ſacri
collegij quia premiſſis oĩbus et ſingulis capitulis. xxxij. et alijs
ſupraſcriptis dũ ſic premittitur agerẽtur legerẽtur publicarẽtur
ſcriberẽtur ſubſcriberẽtur cõcluderẽtur iurarẽtur ꝓmitterẽtur
vouerent ⁊ fierent vna cũ dñis Thoma Fedro collega ⁊ Dñico
de Juuenibus camere apoſtolice notario ac prefatis teſtibus cõ-
clauiſtis interfui ea que ſic fieri concludi iurari promitti ⁊ voue-
ri vidi ⁊ audiui. Jdcirco hoc preſens inſtrumentũ manu prefati
domini dominici fideliter ſcriptũ ⁊ prefatorũ reuerendiſſimorũ
dominorũ cardinaliũ ac poſtmodũ ſanctiſſimi domini. N. Leo-
nis. x. manibus et mediate poſt aſſumptionẽ ſubſcriptũ exinde
confeci ſubſcripſi ⁊ publicaui in fidem robur et teſtimoniũ pre-
miſſorum rogatus ⁊ requiſitus.

¶ Et ego Dominicus de Iuuenibus camere apoſtolice nota-
rius ac archiui Ro. cu. ſcriptor quia premiſſis oībus et ſingu-
lis .xxxij. capitulis ⁊ aliĳs ſubſcriptis dum ſic vt premittitur age-
rentur legerētur publicarentur ſcriberētur ſubſcriberentur con-
cluderentur iurarent̄ et fierent vna cum dn̄o Thoma Fedro et
Bartholomeo Saliceto ſecretariĳs ſacri collegĳ ac ſupradictis
teſtibus conclauiſtis interfui eaq3 ſic fieri concludi iurari ꝑmit-
ti ⁊ voueri vidi ⁊ audiui. Idcirco hoc preſens publicū inſtrumē-
tum manu mea fideliter ſcriptum ⁊ prefatorū reuerendiſſimorū
dominorū ſancte Ro. eccleſie cardinaliū ac poſtmodū in die aſ-
ſumptiōis videlicet veneris vndecima Martĳ per ſanctiſſimū
dn̄m noſtrū Leonē .x. manibꝰ ſubſcriptū exinde cōfeci ſubſcripſi
⁊ publicaui ſignoq3 ⁊ nomine meis ſolitis ⁊ conſuetis ſignaui ⁊
in notum ſumpſi in fidem et teſtimonium premiſſorū etiam ro-
gatus ⁊ requiſitus.

¶ Impreſſum fuit hoc opus
Maguñ. Anno domini. 1522.

BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITE DE FRANCE